

ad fin. f. Nov. C.

1790, 2 2

LITIVM EXPENSIS

QVOAD CAVSSAS CIVILES

COMMENTATIO

108

QVAM
CONSENTIENTE
ILLVSTRI JVRISCONSVLTORVM ORDINE

AD
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
D. XXIX. APRILIS MDCCXC.

RITE CAPESSENDOS
ERVDITORVM DISQVISITIONI

OFFERT

JACOBVS FRIDERICVS GEORGIVS
EMMRICH
MEININGENSIS.

GOETTINGAE,
TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR.

DX

LITHIUM EXPENSIS

QVOD CVASSAS CIVILIS

COMITATUO

CAVAT

CONFIDENTIALE

ILLUSTRI JAHNSCONSULTORVM ORDINE

CA

SACRAE IN ALTOE LVAE HONORES

DE TERRA MARITI MIGRA

ETAT CAPTIVANDOS

REBELLIONVM DISCERNITIONI

COLLET

AMERICAE LIBERTATIAE DILECTIONIS

ARMENIA

BRITANNIA

COSTITUTIONE

FRANCIE GRANATACIAE TYPICO

AMPLISSIMO IVRISCONSULTORVM ORDINI

IN

ACADEMIA GEORGIA AVGUSTANO

PROSPERIS PROTOVIRIS

PERILLVSTIBVS ILLVSTIBVS ATQVE
DOCTISSIMIS

GEORGIO LVDOVICO BOEHMER

I. V. D. A CONSILIIS REG. IVSTITIAE INTIMIS ET
IVRIS ANTECESSORI PRIMARIO

JOANNI STEPHANO PÜTTER

I. V. D. A CONSILIIS REG. IVSTITIAE INTIMIS IVRIS
PVBLICI PROFESSORI ORDINARIO

JOANNI NICOLAO MOECKERT

I. V. D. CONSILIARIO REG. AVLIC. ET
PROFESSORI ORDINARIO

IVSTO FRIDERICO RVNDE

I. V. D. CONSILIARIO REG. AVLIC. PROFESSORI CRDIN. ET
ILLVSTR. IVRISCONSULTORVM ORDINIS
H. T. DECANO SPECTABILI

PRAECEPTORIBVS PATRONIS AC FAVTORIBVS

AETERNUM COLENDIS

PROTOVIA



AMPLISSIMO CVM ARDENTISSIMO ORDINI

OMNIGENAE ET PERENNIS FELICITATIS ET
PROSPERITATIS VOTO

EA QVA DECEP REVERENTIA
DISSESSATIONEM SVAM IN AVGVRALEM

GRATI PI AC BENEVOLENTIAE DOCUMENTORVM
SIVE IN SE COLLOCATORVM MEMORIS
ANIMI TESTEM

IN SCRIBEBAT

ET SACKRAM ESSE IVBEBAT

CULTOR OBSERVANTISSIMVS
AVCTOR

ad m. 3. 10. 18.

C O N S P E C T V S.

Prooemium.

S E C T I O I .

De fundamentis expensarum refusionis et compensationis in genere.

I. Origo expensarum §. 1.

II. Notio et diuilio expensarum §. 2.

III. Fundamentum

1) expensarum refusionis §. 3.

2) expensarum compensationis §. 4.

Dissentientis III. WEBERT opinio §. 5.; eiusque refutatio §. 6. et 7.

S E C T I O II .

De veris refusionis et compensationis expensarum causis in specie.

Quae nituntur:

I. Fausto:

- 1) cuius veritas aut vanitas clara aut sine indiciali cognitione facili negotio eruiri potuit §. 8.
- 2) cuius veritatis eruendae causa iudicis cognitione §. 9.
- 3) aut iuramento a) vel voluntario b) vel necessario opus fuit §. 10.

II. Iure, et quidem:

- 1) errore aut ignorantia,
 - a) vel iuris naturalis aut iuris scripti indubitate,
 - b) vel iuris consuetudinarii
 - α) cuiilibet noti,
 - β) dubitati §. 11.

- 2) ambigua iuris interpretatione,
 - a) ratione totius causae;
 - b) ratione cuiusdam modo litis capitii §. 12.

Cuius quidem ambiguæ iuris interpretationis causa profertur:

- α) responsa iuris,
- β) præiudicia iuris §. 13.

III. Sen-



III. Sententia iudicis pro victo.

1) ob victoriam pro parte obtentam lata §. 14.

2) a iudice superiori

a) vel plane reformata,

α) vel ob nouam caussae cognitionem;

β) vel ob principia iuris false applicata;

γ) vel ob nullitatem a iudice inferiori commissam;

b) vel quoad nonnulla tantum capita §. 15. 16.

SECTIO III.

De spuriis expensas compensandi caussis.

Quo referuntur:

I. Victi auctoritas ac dignitas §. 17.

II. Consanguinitatis aut affinitatis vinculum, quod victori cum victo intercedit;

III. Paupertas victi;

IV. Iuramentum columnae generale & speciale;

V. Duplicium de bona aut mala victi fide §. 18.

.

PROOEMIUM.

Doctrinam de refusione et compensatione expensarum litis ad hunc diem
controversam et plenam dissensionis rem inter iuris peritos fuisse,
satis superque constat. Alii sunt leniores et expensas vel eo casu compen-
sandas esse contendunt, quo leges alteram litigantium partem ad expensas
soluendas condemnant; alii contra in expensis adjudicandis iusto severio-
res esse videntur. Qua quidem sententiarum disceptantia ILLUSTRIS WEBERUS, Professore academiae Kiloniensis celeberrimus, permotus est, ut totam
hanc doctrinam ex argumentis analogicis deduciam solidiori, quam ab aliis
hucusque factum erat, fundamento superstruere conaretur. Sed nouum,
quod ingeniose excogitauit, refusione et compensatione expensarum litis
systema, quantum ego quidem video, non solum iuri communii romano
et imperii germanici, sed particularibus quoque singularium prouinciarum
imperii nostri Germanici iuribus repugnare videtur. Quae quidem quam
animaduertem et de specimine pro summis in vitroque iure adipiscendis ho-
noribus edendo cum maxime cogitarem: haud alienum fore existimauit, si
quidquid de expensarum litis refusione et compensatione sentirem, hac occa-
sione in adspicuum lucemque proferrem. In prima sectione commentatio-
nis meae in eo versabor, ut firmum expensarum refusione et compensatione
fundamentum legibus superstruam; theoriam, quam ILLUSTRIS WEBERUS a-
cute excogitauit, paullo diligentius executam eamque argumentis et ratio-
nibus necessariis refutare studeam; in secunda vero speciatim causas expen-
sarum refusione et compensationis secundum publica et priuata iura pro-
vinciarum germanicarum definiam; in tertia denique sectione spuriarum causas
compensandi expensas breviter recensabo.

A

SECTIO I.

MUENSTER

SECTIO I.

De expensarum refusionis et compensationis fundamentis.

§. I.

Origo litis expensarum.

Primaenam ista vitae ac morum integritas & concordia ex societate hominum iam diu ausfugit. Quum itaque integri vitae scelerisque puri mortales nostra aetate haud viuant: necessarium omnino est, ut saepenumero lites inter ipsos orientur. Quisque igitur, qui in statu naturalit viuit & iura sua laesa videt, injuriam sibi illatam suis vlciscitur viribus & ius suum vi atque armis persequitur. Simulatque vero in societate civili viuimus, prima nobis lex est, ne doloris nostri simus vindicis; ne quidquam manu, ne quidquam proprio agamus impulsu. Latae nobis sunt leges, constitutum est forum & iudici facultas data, lites inter nos ortas cognoscendi ac sententia decidendi, ciuibus vero iniuncta est obligatio ad ius in iudicio persequendum. a) Quam quidem iudicis cognitionem & litis decisionem sine sumtibus fieri non posse, satis superque constat. Quum igitur omnia partium precibus in iudicio fiant: litigantes primum ad praestandas litium expensas obligati sunt. Fieri tamen potest, vt litigantium alter ab altero pluribus ex causis expensarum restitutionem petere queat. Disquitendum ergo ante omnia videtur fundamentum, vnde obligatio ad expensarum refusionem deducenda sit.

§. II.

a) *L. 14. C. de Judaeis. L. 13. §. 3. D. de usufr. Es quemadmod. L. 176. D. de diu. reg. iur. CLAPROTHS Etneleit. in den ord. bürg. Proc. II. 130.*

SECTIO I.

§. II. *Notio et diuisio expensarum.*

Ante aquam vero in latissimam hunc campum memet immitto,
de litis expensarum notione ac diuisione quaedam praemittenda esse
puto. Litis expensae b) sensu latissimo sumtæ, nihil aliud sunt.
quam sumtus litis cauſa facti. Vario modo diuidi solent. Primum
enim si ad processuum genera spectamus, tot litis expensarum, quot
processuum genera, oriuntur, quamvis, quae leges ratione expensa-
rum cauſae ciuilis disponunt, ratione reliquorum etiam valeant ac
modo expensarum processus criminalis & concursus creditorum cauſa
factarum aliae legum dispositiones obtineant. c) Deinde expensae in-
tuu originis dispescuntur in *judiciales* seu *sportulas*, quae iudicii eius-
que ministris, & *extraiudiciales*, quae iis, qui inferuiunt litiganti,
praeflenda sunt. Ad *judiciales* d) omnes expensae iudicij ministris pro-
citionibus, decretis, sententia, testium examine aliquaque necessariis
solumnæ pertinent. Ad *extraiudiciales* vero spectant salario aduoca-
torum & procuratorum, sumtus copiarum, chartæ sigillatae, vesture-
rum & itineris, tam ipsius principalis, quam advocati similesque.
Porro respectu conuenientiae cum cauſa expensae in *necessarias* &
vulnifarias seu *delicatas* dividuntur. *Necessariae* sunt illæ, sine qui-
bus litigans ius suum in iudicio persequi & defendere nequit, quales

A 2. sunt

b) WEBER cit. §. I. LAUTERBACH de *exp. vittoriae*; PUFENDORF introd.
in *process. IV.* 9, 3. BORN de *expens.* HIERMER de *lit. exp.* LUDWELL
de *lit. exp.* TEMMEN de *lit. exp.* LEYSERI medit. ad Pandolf. sp. 83.

c) BÖHMERI exerc. ad Pand. VI. 98. ESCHENBACH de *exp. crim. stri-*
cte sic dist. HEISLER de *exp. crim. in proc. inquisitorio.* NETTELBLADT
de *sumt. concurs. credit.*

d) BROCKES de *sportulis.* MELICH de *sportulis.* VNGEBAUER de *sport.*

4

funt, quae iudici eiusque ministris, aduocatis & procuratoribus praestandae sunt; *voluptuariae*, quas litigans sua sponte, necessitate haud coactus facit, veluti honoraria pro responsis ordinis iurisconsultorum aut doctoris, proprio auctoritate petitio solvenda. Si porro ad processum actus oculos nostros conuertimus, litis expensae sunt vel *totius instantiae*, vel singularis processus actus expensae. Ad has termini expensae pertinent, illae vero sunt vel *primae*, vel *ulteriorum instantiarum*, veluti *restitutionis*, *supplicationis*, *adpellationis* expensae. Denique ratione obligationis ad refundendas expensas varia sunt expensarum genera. Expensae enim factae sunt: vel ob alterius contumaciam, unde expensae contumacia oriuntur; vel ob retardatam item, unde expensae retardati processus, mutati libelli, similesque oriuntur; vel ob iniustam litigandi causam, unde expensae vitoriae seu totius causae nascuntur, e) Atque haec sunt litis expensae, de quibus pauca discerere apud me constitui.

Fundamentum expensarum refusionis

Expensarum refusionis fundamentum si inquirere volumus, id ex legibus positivis petendum, nec aliud, quod huic haud respondet, substituendum puto, ne legibus clementiores aut grauiores esse videamur. f) Omnis legum positivarum cura eo spectat, ut caueatur, ne facile homines ad litigium procedant, g) ne calunnia, audacia aut

e) BODIN. de exp. HÜLSE de lit. exp. quas viclus ob non iust. litigandi caus. praeferare tenetur. LAUTERBACH cit. PESTEL. de exp. vitoriae alisque variis iuris capitibus.

f) L. 12. §. 1. D. qui est a quib. manum, L. II. D. de poen.

g) §. 1. Est de poen. tem. litig.

temerario litigandi studio] aduersariorum impune vocent in iudicium.
 Quo consilio variis poenis improbus litigator adfectus est. Vetus ius
 romanum reo contra actorem victimum ob litem calumniose illatam acri-
 onem calumniae, vi cuius victus in decimam litis partem mulctatus
 est, concessit. Calumniosum vero haud quemque, qui, quod inten-
 dit, haud probauit, h) sed dumtaxat illum, qui sciens prudensque per
 fraudem negotium alicui comparat, i) declaravit. Si iustis enim in-
 structus fuit agendi causis, ab expensis liberatus est. k) Quin immo
 poenalis haec actio requirit, ut iudex in sententia decisoria viculum ex-
 presse pronunciarerit calumniantem. l) Quum vero haec actio in de-
 fuetudinem abierit, actor pro calumnia iurare, ac, si improbus fue-
 tit litigator, damnum & litis impensas inferre aduersario suo coactus
 est. m) Poena igitur condemnationis in expensas quasi veteris actionis
 calumniae surrogatum aestimanda est. Atque haec quidem poena,
 vt commodus litigantium libidinem coercendi modus, a foris nostris
 omnino est recepta. Quodsi igitur quaerat quispiam, quando litiganti-
 um alter in expensas condemnari possit, nullus equidem dubito, quin
 ad fundamentum refusionis expensarum ante omnia respiciendum sit.

Fundamentum expensarum refusionis, si leges nostras perlustremus, est mala litigantis fides, qui aut in dolo seu calumnia, aut
 culpa lata, quae dolo aequiparanda est, n) consistit. o) Variis in
 determinando hoc fundamento leges nostrae vtuntur expressionibus,

A 3

quas,

h) L. 3. C. de calunnia.

i) PAULI recept. sent. I. 5. I. k) L. 3. C. de calunn. L. 1. §. 3. D.
 ad SCtum Turpili.

m) §. 1. §. de poen. tem. litig.

o) SEYFARTH de Compensatione expensarum I. 9. 10.

6
quas, ut res eo diligidior fiat, paucis enumerare atque explicare permisum sit. Primo leges nostrae litigantes ob calumniam, audaciam, p) ob malitiam, dolum, fraudem frinolasque exceptiones q) poena condamnationis in expensas puniri iubent. Quae quidem expressiones clariores sunt, quam ut interpretatione quadam indigeantur. Deinde alii in locis temeritatem tam agentium, quam eorum, cum quibus agitur, poena coercendam esse existimant; r) quin immo expresse dicunt: Eam, quem temere aduersarium suum in iudicium vocasse constitit, via tica litisque sumitus aduersario suo reddere oportet. s) Temere vero litigant ii, qui per calumniam quid petunt, aut sine iusta causa experientur. t) Etenim omnis ratio, ut CICERONIS u) effato vari, vacare debet temeritate et negligentia, nec vero agere quidquam, cuius non possit causam probabilem reddere. Culpam latam sine dubio committerent ii, qui & illam diligentiam, quam omnes homines in rebus suis adhibere solent, omittunt; x) diligenter enim quisque debet rem explorare, antequam ad agendum procedit. y) Legibus enim fanicatum est: Ignoriam praetendentes audiri non oportet; z) ignoriam autem culpe latae speciem esse, Celeb. BRUNNEMANNUS a) &

VIN-

- p) Cap. 4. X de poen. L. 4. C. de fruct. & lit. exp. L. 6. C. de admittut. L. 33. §. 8. C. de episc. & cleric.
q) Cap. 2. X de dolo et contum. Cap. 3. X de rescript.
r) §. 1. J. de poen. tem. litig. L. 33. §. 8. C. de episc. & cler.
s) L. 79. D. de iudic. t) BRISON. de Verb. Signis. sub voce: Temere litigare. L. 39. §. 1. D. de liberali causa.
u) CICERO de offic. I. 29. i. x) L. 223. D. V. S. VINNIUS in inst. ad §. 2. quibus mod. recontrah. oblig. y) L. 42. D. de diu. reg. iur. z) L. 78. §. 2. D. de legat. II. a) in comment. in Paudeff. ad L. 32. depositi.

VINNIUS b) aliqui vberius iam demonstrarunt. Denique alia legum dispositio eo spectat: *ut improbus litigator et damna & expensas litis inferre aduersario suo cogatur.* c) Procul dubio autem improbus litigator nullus aliis est, quam is, qui friuole iniustam causam vel ex dolore vel ex culpa lata in iudicio persequi & defendere audet. Improbus, vt exemplis rem illustrem, est ille, qui iterum consequi vult, quod accepit, qui verum debitum negat, qui calumniator est. d) Ex quibus omnibus legum dispositionibus fundamentum, ex quo litigantes poena condemnationis in expensas puniendi sint, dolum esse aut culpam latam, satis superque constat, quod quidem fundamentum & particulares Germaniae prouinciarum leges constituant e).

§. IV.

Fundamentum expensarum compensationis.

Fundamentum expensarum compensationis bonam litigantium fidem seu iustum & probabilem litigandi causam esse, partim ex rei natura fluit, partim ex legum dispositionibus deducitur. f) Expressae enim legum dispositiones eo spectant, vt litigantes bonam fidem agnoscant, nec superuacaneam item alicui intendant. g) Si igitur bona fide

- b) in comment. in *Instit.* ad §. 2. quib. mod. re contrah. oblig.
- c) §. 1. §. de poena tem. litig. d) BRISON, cit. sub voce: *Improbos.*
- e) Ord. Trib. Vismar. II. 39. I. Ord. S. Trib. Cell. II. 13. 2. Ord. Cancell. Calenb. XXXIV. 1. Ord. Cur. Prov. Holst. III. 25. Ord. Cur. Pron. Bremens. III. 9. 2. sq. §. us Lubec. V. 11. Ord. Saxo-Goth. I. 40. I. Statuta Hamburg. I. 36. I.
- f) L. 33. C. de episc. & cleric. CARPOZOV. proc. XXIV. 1. 2. VOETIUS in Pandect. ad L. XLII. Tit. I. §. 22. MEUJI decif. VI. 139. §. 192. LAUTERBACH. cit. th. 41. VINNIUS ad §. 1. §. de poen. tem. litig.
- g) L. 6. C. de adm. tutor. L. 7. §. 1. D. de hered. petit.

fide litigant, si neque dolo, neque calumnia, neque culpa lata alterum vocant in iudicium: dubitari profecto non potest, quin etiam poena harum caussa infligenda cesse, b) quam haud desit ratio litigandi, quae vi legum nostrarum expensarum compensationem producit. i) Etenim caendum omnino arbitror, ne iusta litigii caussa instruci beneficio, quod ipsae leges nostrae agnoscunt, priuentur. Quamuis enim in iudicio vincamur; fieri tamen potest, vt bona fide vel ob factum dubium, vel ob ambiguam iuris interpretationem litigauerimus, propterea, quod *fadi interpretatio plerumque etiam prudentissimos fallit*, k) *faciique ignorantia tunc demum nocet, si summa obici posfit negligentia.* l) Quare leges expresse dicunt; *Si tamen perspicerit iudex, neutrum litigantium subdere rationi propter negotii forte varietatem, hoc ipsum decernat sua sententia.* m) Quid vero negotii varietas aliud est, quam negotium, cuius interpretandi caussa iudicis officium implorandum est? Litigandi vero ratio in dubia quoque iuris interpretatione consistere potest. Jus quidem certum est, sed interpretatio iuris admodum dubia potest esse, quod tanta doctorum volumina, de ambigua iuris interpretatione scripta, vel me tacente, satis superque comprobant. Is vero nequaquam temere litigare existimandus est, cuius caussa ambigua iuris interpretatione nittitur, ratione cuius doctissimi forsitan iuris doctores in diuersam eunt sententiam. Clara insuper legibus nostris inepta dispositio: *Si quis bona fide soluerit aut actor lite desliterit aut etiam*

h) MARTINI Comment. for. XXXVI, 87. CARPZ. l. c. §. 6. & 15.

i) L. 78. §. 2. D. de legat. II.

k) L. 2. D. de iur. & fadi ignor.

l) L. 9. D. eod.

m) Nov. 82. Cap. 10. Auth. post. iusur. C. de iudic.

ad m. 1. 100. c.

etiam index inueniat eum non calumniatorem, sed de re dubia litigantem,
hic exitabit expensarum condemnationem n). Quae quidem lex licet a
glossa haud agnita sit, eam tamen omnia Germaniae foras agnoverunt,
ita ut prorsus dubitari nequeat, quin legis vim apud nos obtinuerit; ac
si norma legis esse nequeat, ea certe, quae dixi, per eam confirmantur.
Merito igitur bona fides seu iusta & probabilis litigandi causa funda-
mentum expensarum compensationis habendum est, quod & particula-
res Germanicarum prouinciarum leges agnoscent o).

Dissentientis Illustris WEBERTI opinio.

Longe alia est ill. WEBERI (§. III. sqq.) opinio, quod ad expen-
sarum refusionis & compensationis fundamenta attinet. Multas pra-
cas, inquit, iudiciorum obseruantias intuitu huius materiae obtinere;
partim enim expressis legibus, in quolibet casu obueniente adplican-
dis nos carere, partim doctrinam de expensarum restituzione ex veris
argumentis analogicis nondum satis deductam & explicatam esse.
Expensarum compensationis fundamentum, quod ex probabilibus
nimis litigandi causis peteretur, nimis ambiguum & innumerabi-
lium iniquitatum fontem esse habendum. Etenim si probabiles litigan-
di causae victo etiam intuitu litis excusationem praebere possent, ex-

pen-

- n) L. 5. §. 1. C. de fruct. & lit. exp. anno omniaco missione. 1600.
o) Ord. Prov. Bohem. Ferdin. II. Lit. F. art. 34. Ord. iud. Magdeb.
XLVI. 1. Ord. iud. Anhalt. XVII. 1. Ord. S. Trib. Vismar. II.
39. I. Jus Lubec. V. II. Reform. Francof. ad Moen. I. 39. 15.
Jus Prov. Würtemb. I. 54. Ord. Elef. Sax. XXXVI. 1. Ord. Sa-
xoo-Goth. I. 40. 1. Ord. Cur. Prov. Pommer. II. 31. Ord. Cur. Prov.
Bremens. III. 9. SEYFARTHS deutsch. Reichspr. XXIII. 3.

B

penarum compensationem tandem nihil aliud fieri, quam doli, fraudis ac fallacie praemium. Quare expensarum restitutionem re vera non poenam temere litigantium, sed victoris indemnationem aestimandam esse. Quemlibet enim, qui alteri per actiones aut exceptiones per sententiam iudicis reiectas expensas inferret, iniuste agere, & ad ea, quae iniuste eripuerit, restituenda merito obligatum esse, nisi vi expressarum legum improba lis ipsi imputanda haud sit. Hinc in causa principali victum semper in expensas condemnandum esse, iustitiae fini maxime respondere. Neque litigantium iura et obligationes ex iuris nostri principis ratione poenarum infligendarum dijudicanda esse, sed iuris modo principia intuitu restitutionis damni illegitimis actionibus alteri illati locum habere victimique damnum ex culpa levissima illatum restituere teneri. Falsam est contrario esse opinionem, victum modo ob dolum & culpam latam in expensas condemnandum esse, quod non iuris solum principiis intuitu restituendi damni plane repugnat, verum etiam dubitari nequeat, quin is, qui negotium, quod ex sua natura singularem & extraordinariam requirat industria, ad quod iuris persecutio in iudicio referenda sit, ad culpam levissimam praestandam obligatus sit.

§. VI.

Eiusque refutatio.

Quae quidem opinio omnibus claris legum positivatum, quum Romanorum, tum cuiuslibet Germaniae provinciae dispositionibus plane repugnat. Primo enim expensarum restitutionis fundamentum ab Iulio Westero ex lege Aquilia petitum est. Si vero natura & indoles

hu-

Huius legis inquiritur; facili nec operoso negotio ostendi potest, non
omne damnum, qualemcumque sit, alteri illatum, vi legis Aquiliae re-
ficiendum esse. Etenim expressa legis dispositio eo tantum spectat,
ut quodlibet damnum iniuria i. e. sine iure nobis illatum, omnino
refaciatur. p) Videndum igitur est, an ex iuris nostri persecutione
in iudicio eiusmodi damnum nasci possit? Quod, quantum ego qui-
dem intelligo, negandum est. Ne enim ex priuata vindicta iurisque
persecutione extra judiciali magnum ad reipublicae salutem & tranqui-
litatem redundet incommodum, legibus positiuis, ut iam dixi, cau-
tum est, ne ius nostrum nostris persequamur viribus. Quum autem
iniquum foret, iure, nos ipsos defendendi, erepto, iura nostra inde-
fensa relinquere; facultas nobis a legibus est tributa, ius nostrum in
iudicio persequendi. Igitur neque actor neque reus ius suum indefen-
sum relinquere tenetur. q) Quodsi vero ius nostrum in iudicio per-
sequi possimus, nullum inde damnum iniuria datum oriri potest,
quam iure suo vtens nemini inferat iniuriam. r) Cessante igitur da-
mno iniuria dato, cessat etiam legis Aquiliae applicatio, nec non resti-
tutio damni ob culpam leuem aut leuissimam alicui illati, lege mo-
do Aquilia fundata. Quid? quod leges romanae in doctrina legis
Aquilaie ne verbo quidem expensarum mentionem faciunt; e contra-
rio eo, quod earum resumptionem poenam temere litigantium habeant,
de damni restitutione cogitari non posse, satis declarant. Etenim si
expensarum resumisdamni restitutio esset habenda; necessarium fuisse,
ut leges ad eas petendas actionem dederint. Quod quidem non mo-

B 2

p) L. 4. L. 5. pr. L. 29. §. 3. D. ad L. Aquil. L. 14. D. de P. V.
q) L. 40. D. de hered. petit. r) L. 63. L. 155. D. de diu. reg. iur.

do factum non est, verum etiam, nisi iudex victum in expensas condemnauerit, omnis actio expensarum causa dehegata est. s) Quin immo leges damna & expensas sedulo distinguunt, t) quod sine dubio factum non esset, si expensae ad dannam essent referenda. Ex quibus omnibus luculenter pateret, ex legē Aquilia obligationem litigantibus ad restituendas expensas colligi non posse. Deinde nec ex natura judicialis juris nostri persecutionis culpare leuis aut leuissimas praefatio fluit. Nam ista *ILL. WEBERI* opinio, in omnibus negotiis, nisi de contractibus seruorū, culpam leuissimam esse praefandam, veritate legibusque haud nititur, quam modo ad ista negotia, ratione quorum lex Aquilia, siue utilis, siue directa locum habet, applicari queat. Neque vero non ille tantum, qui alienum negotium suscipit, quod ex sua natura singularē & extraordinariam industriam requirit, culpam leuissimam praefare tenetur, sed de negotio alieno ad proprium litigantis negotium concludere nefas est. Praeterea nec vlla in medium proferri potest lex, ex qua obligatio litigantis ad culpam leuissimam praefandam adpareat. Existimat quidem *ILL. WEBERUS*, victum eam ob causam ad culpam leuissimam praefandam obligatum esse, quod publico instituto abusus sit. Sed vicos, qui bona fide litigavit, publico instituto haud abusus est, quam iudicium eum in suum constitutum sit, ut lites ciuium de iuribus & obligationibus dissentientium in eo decidantur. Quare tunc demum abusus publici instituti oriri poteris, quando quis mala fide iudicis officium implorat, & tunc etiam eiusmodi temerarius litigator dignus est, qui temeritatis suae poenam iure meritoque luat. u)

§. VII.

s) *L. 3. C. de fruct. et lit. exp.* t) *§. I. §. de poena tem. litig.* *L. 13. §. 6. L. 15. C. de indic.* u) *PUFENDORF. cit. IV. q. 2.*

§. VII.

Prouocat quidem *III. WEBERUS* opinonis suae confirmandae caus-
fa partim ad iuris romani, nimirum *L. 13. C. §. 6. de iudiciis dispositio-*
nem: *Omnis iudices sciant, victum in expensarum causa victori esse con-*
demnandum; partim ad legem imperii Germanici. x) Sed quo pacto
utraque legum dispositio ipsius opinionem probet, euidem videre ne-
queo. Quod enim attinet ad priorem iuris romani dispositionem, haec
eam ob causam probationem haud praebet, quod priorum modo le-
gis verborum mentio facta est, vteriora vero legis verba plane ne-
glecta sunt. Dispositio enim legis haec est: *Omnis iudices sciant; vi-*
cium in expensarum causa victori esse condemnandum, quantum pro solitis
expensis litium iuraverit. Quisque inde facile intelliget, in hac lege
expensatum modo quantitatem, quam vicitus, qui a iudice in expensas
iam condemnatus est, praestare teneatur, definiri; minime vero de-
monstrari, quando vicitus in expensas condemnandus sit. Quod vero
attinet ad legem imperii Germanici, hanc *III. WEBERUS* minus recte ad
confirmandam suam sententiam allegare studet. Haec enim ne quid-
quam in hac materia mutat, quum potius eo tendat, ne expensae si-
ne ratione sufficiente a iudice compensentur, compensationis vero cau-
sae iure communi fundatae per eamdem nequaquam sublatae sunt. De-
nique ex toto *III. WEBERI* systemate summa elucere videtur iniq[ue]itas.
Plerumque litigantes iura aut nesciunt, aut non intelligunt & bona fide
ad iuris peritos confugunt ipsique ius suum in iudicio persequendum
mandant. Si igitur cliens causam suam iure fundatam putat, iuriscon-
sultus vero sciens improbo animo item persequitur & vincitur: certe
haud

x) *R. V. 1713. §. 82.*

haud cliens, qui bona fide agit, sed improbus iurisperitus ad damnum, quod victori iniuria intulit, reparandum obligatus esset. Et sine dubio optimus modus, temere litigandi studium coercendi, in eo consilfit, ut improbitas iurisconsultorum, iniustas causas fouentium, expensarum refusione, nec non peculiari poena puniatur. E contrario iniquum foret, iuris infidem & bona fide litigantem poena, quam non meretur, adfici. Immo si litigator vixius eiusque aduocatus bona fide neque ex dolo, neque ex culpa lata litigauerunt: profecto multo foret iniquius, vnum alterumue in expensas condemnari.

Quam igitur ex omnibus, quae hucusque in medium protuli, cuilibet facile intellectu sit, nos minime carere legibus tam communibus, quam particularibus Germaniae prouinciarum, quae refusonis & compensationis expensarum fundamenta continent, hisce vero fundamenta ex argumentis analogicis ab III. WEBERO deducta, plane contradicere: sane, quandiu leges positivae ratione expensarum decidendi normam nobis praebent, argumenta analogica locum habere nequeunt.

SECTIO II.

De veris refusionis et compensationis expensarum causis in specie.

§. VIII.

Quae nituntur: I.) Factio, I.) cuius veritas clara, aut facili negotio erui potuit.

Determinatis refusionis & compensationis expensarum fundamentis singulae nunc considerandae sunt causae, quae refusionem aut compen-

satio-

fationem expensarum efficiunt, quae quidem vel facto, vel iure, vel denique sententia pro victo iam lata nituntur. Primo igitur vindicandum est, quatenus facto iusta inesse possit litigandi causa, y) Cuius quidem intuitu eo respiciendum esse puto, utrum facti veritas aut vanitas vel statim clara fuerit, vel sine iudicis cognitione facili negotio potuerit erui; an veritatis eruendae causa iudicis cognitione aut iuramento opus fuerit. Quod ad primum attinet, dubitari profecto non potest, quin is, qui sciens ex facto falso agit, aut sciens verum factum, quo alterius actio aut exceptio nititur, e. c. mutuum acceptum negat & vincitur, in expensas condemnandus sit, z) quod luculentissimum malae fidei documentum praebet. Quid? quod eiusmodi temerarius litigator dignus est, qui praeter condemnationem in expensas pecuniaris poena adficiatur. a) Nec iniquum est, aduocatum, qui factum verum, forsitan etiam notorium, mala fide, inficio principali negat, in expensas condemnari, nec non certa poena pecuniaria, aut corporis afflictiva, aut suspensione ab officio puniri. Cuius quidem salubris consilii praecolla exempla in ordinatione processus summi tribunalis Cellensis, in corpore juris Fridericiano & ordinatione processus Saxo-Gothani aliisque exstant.

Factum vero duplex esse potest, vel proprium, vel alienum. Is, qui factum proprium quod, deinde probatur, negat, aut vanis exceptionibus impugnare studet, omnino in expensas condemnandus est, quum mala eius si-

- des
y) Conf. WEBER §. VI.
z) Corp. Jur. Frid. T. I. P. I. Tit. 23. §. 40. Ord. Cur. Prov. Bremens. III. 9. 2. Ord. S. Trib. Cell. II. 13. 2.
a) Ord. S. Trib. Cell. II. 13. 3. Ord. Saxo-Goth. I. 14. 4. Ord. Holst. III. 25. Ord. Cur. Prov. Bremens. III. 9. 11. Ord. Magd. XLV. 2. Corp. Jur. Frid. I. c. §. 39.

des sit manifesta. b) Quoad factum alienum leges nostrae nobis praebent regulam: *Ignorantia facti alieni non nocet.* Quam quidem regulam si ad hanc doctrinam adplicate velimus: dissinguendum esse equidem existimo, vtrum de facto alieno sermo sit, quod actor pro se allegavit quidem, sed non probauit; an vero agatur de facto alieno, quod contra reum probatum est. In hoc casu expensae compensandae sunt, quum reus non prius, quam probato facto alieno, quo nitebatur actio, intelligere potuerit, an, quae petita sunt, debeat; nisi reum, huius facti concium & participem fuisse, probari possit. In illo vero casu actor, qui factum alienum pro se allegatum, haud probauit, in expensas totius caussae potest condemnari. Ipsi enim facultas erat, facti alieni veritatem aut yanitatem explorandi, qua si non ysus sit, culpam latam commisit, temere litigavit eamque ob caussam temeritatis suae poenam luere tenetur.

§. IX.

2) cuius veritatis eruendae caussa judiciali cognitione opus fuit.

Quod vero attinet ad factum, cuius veritatis eruendae aut interpretationis facienda caussa judiciali cognitione opus fuit, hujus intuitu expensas compensandas esse equidem arbitror. Huc inter alia referendum est factum intricatum, quod nihil aliud est, quam factum obscurum, quod vario modo aut admodum difficiliter interpretari possumus. Quum enim fundamentum refusonis expensarum sit dolus aut culpa lata; haec vero intuitu facti dubii aut intricati cesseret; facile inde colligi potest, poenae expensarum refusonis locum non esse.

b) *Ord. Saxo-Goth. II. 14. 3.*

esse. c) *Illustris* quidem WEBERUS ratione dubii facti expensas compensandas esse negat eam ob causam, quod vi^olo imputandum sit, si factum peruerse fuerit interpretatus, partim quod agere nequeat, nisi omnibus probandi mediis gaudeat, quoniam in iudiciis factorum modo, quatenus probata sint, respectus habeatur, assertio vero, quae probari nequeat, iure falsa censeatur; partim quod iniustum sit, aduersarium causis probatione destitutis vexari. Sed totum hocce argumentum euanefecit, quando perpendiculariter, varia dari facta dubia, de quorum veritate alter litigantium non nisi judiciali cognitione euinci possit. Obligatus igitur non prius est ad ea, quae actor in petitionem deducit, praestanda, quam vi judicialis cognitionis eorum veritatem certo credere possit, bona fide litigat & ab expensarum refusione liberandus est. Huc pertinet primo heres aut tertius, qui ex defuncti facto, quod ignorant, conuenientur. d) Etenim si probabilis est ignorantia, haec ab expensarum refusione excusat, deinde etiam eo referendus est is, qui ex facto vero agit, attamen ob exceptionem, cuius veritas sine judiciali cognitioni erui non potuit, repelliatur; e) veluti si quis agat ex instrumento obligatorio, contra quod in progressu litis solutio aut acceptilatio docetur; f) aut si quis fundamen-

c) Arg. L. 79. D. de iudic. L. penult. §. 1. de fruct. et lit. exp. Conf. HARPPRECHT. Comment. in Inflit, ad L. IV. T. 10. n. 102. SEYFARTHS D. Reichspr. XXXIII. 3.

d) L. 32. D. de diu. reg. iur. Corp. Jur. Frid. I. c. §. 3. n. 3. Conf. MEV. P. VIII. D. 335. CLAPROTH. cit. §. 203. n. 5. REINHARTH de errorib. pragm. in doctrina de compensatione expensarum §. 25.

e) Corp. Jur. Frid. I. c. §. 3. n. 3. Ord. Saxo-Goth. I. 40, 2.

f) MARTINI comment. for. XXXVI. 2. 19. CARPZ. I. c. §. 13. PUFENDORF, cit. IV. 9. 18.

damentum agendi ob testes lite pendente mortuos probare haud potuerit; aut, si probauerit, haec probatio per reprobationem infirmata fuerit.
 g) Assertio quidem, quae probari nequit, iure falsa habetur; sed si haec falsitas modo a cognitione & sententia iudicis pendeat, nec ante litem coeptam clara fuerit: victo nequaquam imputandum est, si ius suum indefensum haud reliquerit, quippe quum defectus probationis temeritatem litigandi haud inuoluat. h) Quin immo saepius factum intellectu difficillimum esse, quotidiana docet experientia. Quum vero intellectu diuino mortales haud praediti sint; e contrario vel sapientissimus quisque erret: fane dubitari nequit, quin is, qui ob factum dubium victus est, nequaquam in expensas condemnari possit; praeferunt quum leges nostrae positivae partim haud inficias eant, facti interpretationem plerumque etiam prudentissimos fallere;
 i) partim etiam ob negotii varietatem expensarum compensationem suadeant. k) Si quis igitur ex eiusmodi factis dubiis litigauit & per iudicij cognitionem litis vanitatem intellexit: ratione expensarum refusionis & compensationis eo respiciendum est, utrum bona fide renunciet, an contendere ultra malit, quam sponte cedere? Quodsi actor melius de re informatus liti renunciat aut reus bona fide soluit expensae compensandae sunt, l) nam bona fides, quae expensarum

com-

- g) Ord. Pr. Saxo-Goth. l. c. Conf. MARTINI l. c. n. 112. CARPOV. l. c.
 h) L. 3. C. de calumn. Conf. REINHARTH cit. §. 30.
 i) L. 2. D. de iur. et facti ignor.
 k) L. 78. D. §. 2. de legat. II. Auth. post insiur. C. de iudic. Ord. S. Trib. Cell. l. c. §. 2. Ord. S. Trib. Vismar. II. 39. 2. Ord. Cur. Prov. Brem. l. c. §. 2. Conf. HUBERI prael. in §. ad Lib. IV. T. 16.
 l) L. 5. C. de fruct. & lit. exp. Corp. Jur. Frid. l. c. §. 16. Conf. MEY. VI. 192. MARTINI l. c. n. 39.

compensationis fundamentum habetur, clara est. At vero si quis per iudicij cognitionem melius de re instructus, litem temere persequitur aut renunciationem bona fide factam acceptare non vult: hic ad minimum temporis illius posterioris in expensas condemnandus est, quod mala ipsius fides & temeritas litigii adparet, m)

§. X.

3) aut iuramento principali.

Quod denique attinet ad factum, quod tam dubium est, ut eiusdem veritas aut vanitas ne per solam quidem iudicij cognitionem erui potuerit, vt ad litem decidendam iuramento principali opus fuerit, eadem valere censeo. Si igitur per eiusmodi iuramentum principale praestitum vel tota causa, vel principales causae conditiones aut exceptiones sunt decisae: expensas compensandas nec quidquam interesse putto, vtrum per praestitum iuramentum delatum aut relatum, an suppletorium aut purgatorium hoc factum sit. In contrariam *Illustris WEBERUS* it sententiam omnemque expensarum compensationem ob praestitum iuramentum reiiciendam illumque, contra quem iuratum est, in expensas condemnandum esse contendit. Inter alia argumenta, quibus opinionem suam confirmare studet, in primis illud referendum est: Ex legibus nimis iuramentum veritatem formalem efficere iudicisque officium esse, illud, quod iuratum, verum habere; ideoque decisionem ratione expensarum pendere a quaefitione, an victus ratione eius, quod iuramento decisum est, ignorantia aut errore, qualibet culpa va-

C 2

cante,

m) *Ord. Cur. Prov. Bremenf.* l. c. §. 4. *Conf. VOET. comment. in Dig. ad L. XLII. T. I. §. 23.* PUFENDORF l. c. MARTINI l. c. n. 110. MEV. VIII. 490. CLAPROTH l. c. n. 8. LAUTERBACH l. c. §. 48.

cante, laboret, nec ne? Quam quidem quaestionem ex factis iuratis
victique obligatione ad praestandam diligentiam intuitu litis determini-
nandam esse putat. Plura argumenta proferit, quae maxime fundamen-
tis expensarum refusionis & compensationis ab ipso defensis, nec non
conseclariis inde deductis nituntur, quae vero partim ob angustos, qui-
bus commentatio mea circumscripta est, limites recensere nequeo, par-
tim eam ob causam tacitus praetermitto, quod eadem argumenta in
prioribus iam recensui ac refutau. Quin itaque illa fundamenta &
conseclaria legibus nostris haud fundata sint: eadem ad causam iura-
mento decisam applicare nefas videtur.

Vt paucis rem complestar, ad naturam iuris iurandi spectandum
& ex hac causam compensandarum expensarum petendam esse existimo.
Vi legum nostrarum iuramentum est ultimum veritatis eruenda medium,
& in causis dumtaxat dubiis locum habet. Quum autem ob
causam dubiam & controversam compensandae sint expensae: (§. IX.)
fane inde sequitur, si lata sit sententia ex iure iurando, compensandas
esse expensas, n) Primum quod attinet ad iuramentum voluntarium,
illud transactionis vicein obtinere, o) quoniam is, qui iurat, in cau-
sa sua sit arbiter, ab adversario constitutas; p) transactionem vero de

- re
- n) Corp. Jur. Frid. I. c. §. 3. n. 4. Ord. Elef. Sax. XXXVI. 5. Ord.
Saxo-Goth. I. 40. 2. Conf. BERGER. Oev. iur. IV. 22. 3. HARPPRECHT
de expensis vistori praefito iure iurando ad iudicandis vel compensandis.
CLAPROTH. cit. §. 293 et 314. BRUNNEMANN. proc. civil. XXVII. 78.
CARPOV. I. c. §. 7. EIUSD. def. for. I. 31. 27. BERGERI supplem. ad
Elef. dist. for. P. I. p. 333. VOET. I. c. MEV. VI. 39. HUBER. I. c. MAR-
TINI. I. c. n. 89. sqq. SEYFARTH. cit. MENCKENI. proc. iur. comiz.
XXXVI. I. 13. LAUTERBACH. cit. §. 45. o) L. 2. L. 31. D. de iure iur.
p) L. 5. §. 2. D. de iure iur. L. fin. C. de fideicommiss. ANTON. FABER. in
Cod. L. IV. T. I. MENCKEN. I. c. §. 14.

re dubia & controversa iniri, leges nostrae iterum ac saepius adfir-
mant. q) Sicuti vero transactione inita, nisi aliud actum sit, quis-
que suas ferre debet litis expensas, r) ita etiam quilibet lite iureiu-
ando decisa suas litis expensas ferre tenetur. Praeterea iureuirando ab
alterutro litigante delato & ab aduersario acceptato, aut relato &
praefito bona fides supponitur, quia vix est, ut calumniatorem praef-
sumas, qui adeo coniunctus est de caussae suae iustitia, ut & aduersa-
rium iudicem ac testem habere ausus fuerit. s) Bona vero fides quam
sit verum expensarum compensationis fundamentum: inde colligi po-
test, ob praefitum iusiurandum voluntarium, per quod caussa du-
bia decisa est, expensas compensandas esse, nisi possea calumnia aut
dolus alterius transfigentis, qui transactionem imperfeciam reddit at-
que infirmat, doceatur. t) Sunt quidem nonnulli, qui putent, illi,
cui iuramentum delatum est, si hoc referat, & deferens postea iura-
tum quam principale, tum calumniae praestet, expensarum refusio-
nem iniungendam esse; u) sed huic opinioni assentire nequeo, quod
praefitum iusiurandum relatum aequum ac delatum transactionis species
habenda est. x) Attamen hanc sententiam nonnullis processus ordi-
nationibus confirmator video. y) Eadem valent, si lis per iuramen-
tum necessarium, sive suppletorium, sive purgatorium decisa fuerit,
quippe quam & hoc caussam dubiam supponat, z) ob quam expen-

C 3

farum

q) L. I. D. de transact. r) VOET. l. c. Corp. Jur. Frid. l. c. §. 17.

s) Arg. L. 30. D. de iureuir. t) VOET l. c. MEV. VI. 39.

n) BERGERI Oec. iur. l. c. EIUSD. supplementa ad Elef. discept. for.
I. 36. n. 4 § 5.

x) MARTINI l. c. n. 91. CARPOV. proc. l. c. §. 8. VOET. in Dig. XII. 2. 25.

y) Ord. Elef. Sax. l. c. Ord. Saxo-Goth. l. c. §. 3.

z) L. 31. D. de iureuir.

farum compensatio locum habet. Si vero iuramentum neque super tota actione, neque super exceptione principali, sed super uno alteroue puncto aut articulo delatum ac praefitum fuerit: compensationi locus esse nequit. a) Quando denique accidit, ut unus alterue litigantium, cui iuramentum delatum aut relatum est, iurare nolit, aut prorsus nequeat: hic semper in expensas condemnandus est, quippe quem documentum malae fidei edat luculentissimum. b)

§. XI.

II) iure; I) iuris errore aut ignorantia.

Progrediendum nunc est ad alteram resfusionis aut compensationis expensarum caussam, quae iure nititur. c) Cujus intuitu sedulo distingendum est, vtrum quis ob iuris errorem aut ignorantiam, an ob ambiguam iuris interpretationem in iudicio vincatur. Quod ad prius attinet, leges nostrae regulam: *Ignorantia iuris nocet*, nobis praebent. Quandoquidem igitur quis ob ignorantiam iuris naturalis aut juris scripti indubitati aduersarium in iudicium vocat, haec iuris certi ignorantia ipsi nocet & quasi temerarius litigator in expensas damnari meretur. Etenim iura naturalia & positiva quilibet scire debet, ac si quis ea ignoret, haec ignorantia ipsum excusare nequit, quum in culpa lata versetur. Quod vero attinet ad ius consuetudinarium, videndum est, vtrum ius illud cuiilibet notum sit, an dubitatum ius consuetudinarium contra aduersarium allegetur. Si litigantium alter ius consuetudinarium omnibus notum ignorat: haec ignorantia nocet ipsi-

a) *Ord. Elef. Sax. 1. c. Ord. Proc. Saxo-Goth. 1. c. Conf. BERGERI
Oec. iur. 1. c. CLAPROTH cit. §. 203. et 342.*

b) *Ord. Elef. Sax. 1. c. Ord. Saxo-Goth. 1. c. §. 3. Corp. Jur. Frid.
1. c. Conf. CLAPROTH cit. §. 344. c) Conf. WEBER §. 7.*

que imputandum est, si id, quod omnes ciues sciunt, solus ignorat, d) aequo ac ille culpam latam committit eamque ob causam in expensas condemnandus est. Si vero de iure consuetudinario, cuius existentia & probatio multum dubitationis habent, quaestio oriatur: inter adorem, qui eiusmodi ius consuetudinarium pro se allegat, & reum, contra quem illud allegatur, discrimen est faciendum. Actor enim, qui ius consuetudinarium pro se allegat, illud strictissime ac singulari modo probare tenetur; e) nisi igitur omnibus probationis mediis instructus sit, inanis & temeraria est actio eiusmodi iure nixa. Quare actor, qui omnibus probandi mediis destitutus ius consuetudinarium probare nequit, eam ob causam, quod temere litigavit, & sciens ex iure, quod probari haud posse intellexit, actionem mouit, in expensas condemnandus est. Alter se res habet intuitu rei, cui ignorantia consuetudinis haud notoriae, contra ipsum allegatae, si in progressu litis probetur, minime nocet. Quum enim iuris consuetudinarii probatio res facti sit & strictissima probatione indigeat: reus haud prius, quam hoc ius consuetudinarium, quod bona fide ignoravit, probatum fuerit, ad ea, quae ex isto iure consuetudinario originem ducunt, praestanda obligatus est. Probato igitur iure consuetudinario, compensanda sunt expensae.

§. XII.

2) ambigua iuris interpretatione.

Fieri autem potest, ut causae decisio dubia iuris interpretatione, aut iuris quaestione, maxime controversa, nitatur. Quapropter adhuc

d) L. 9. §. 2. D. de iur. & saffi ignor.

e) BOEHMERI introd. in Dig. II. 3. 19.

investigandum, est, an haec expensarum compensationem efficiant. Quod quidem *III. WEBERUS* (§. IX.) prorsus negat. Praecipua, quibus hanc sententiam corroborare studet, argumenta paucis recensere liceat. „Jus, inquit, semper est certum. Etenim si ius incertum, authentica legislatoris interpretatio opus est, f) & tunc ille, contra quem haec interpretatio fertur, excusandus, nec in expensas condemnandus est. Si vero iudex ipse causam controversam decidit, vi juris formalis victus in iure erravit, quod sententia iudicis ius certum habendum est. Quae quidem sententia quum nec casu fortuito, quem nullus praevide posset, pendeat nec oraculum, quod intellectus humanus capere nequeat, sed diligenter examinatae caussae summa habenda sit: dubitari profecto non potest, quin victus aequa ac iudex, actionem institutam repugnare iuribus, intelligere potuerit. Ac nisi sciens aduersarium temere in iudicium vocauerit; certe tamen in errore aut ignorantia, quam perinde ac illum euitare potuit ac debuit, versatur. Quid? quod dictu facile est, ius dubium & controversum expensarum compensationem producere; sed oritur quaestio: Quid ad ius dubium & controversum referendum sit? Quum vero ratione huius questionis certa norma dati nequeat: victor iudicis arbitrio viclique fraudi ac calumniae permittitur. Nec ob probabiles caussas per sententiam reiecas vicium bona fide litigasse existimandum est. Plerumque omnia, quibus qualicumque modo se defendere potest, colligit; sed multuna abest, ut animi iudicium sequatur.,

Quoniam vero certum atque exploratum sit, partim multas leges dubias in iure nostro inueniri, quae variam ac difficillimam interpre-

f) *L. 9. C. de LL.*

ta-

1003. 2.

tationem admittant; partim caussas dari, quarum intuitu in legibus nihil certi determinatum esse videatur: equidem nullus dubito, quin is, cuius lis dubia iuris interpretatione nititur, merito excusandus, nec in expensas condemnandus sit. Quod quidem licet leges nostrae expresse haud adfirment: dispositionibus tamen legalibus gaudemus, ex quibus illud argumentando facile deducere possumus. Quam enim dolus & culpa lata sint expensarum refusionis fundamentum; file vero, qui ob ambiguam iuris interpretationem bona fide litigat & vincitur, neque dolum, neque culpat latam committat: necessario inde sequitur, in expensas ipsum condemnari non posse. g) Leges nostrae insuper ob negotii varietatem h) expensarum compensationem admittunt. Quid vero impedit, quo minus hance dispositionem ad ius aequum, ac factum dubium referamus, quum eadem legis ratio, nimur bona litigantis fides, intercedat? Nam si prius respicimus ad ius dubium, quod interpretatione authentica indiget: huius intuitu certe compensatio expensarum decernenda est, quod victus, contra quem interpretatio authentica sit, in bona fide est, nec intelligere potuit, utrum pro se, an pro aduersario interpretatio fieret. i) Deinde ne ullam video caussam, cur eadem intuitu iuris dubii per sententiam judicis decisi hand valeant? Quamuis enim post iudiciale cognitio sententia pro aduersario feratur: inde tamen, victum ante latam sententiam victori cedere obligatum fuisse, deducere nefas est. Quae quidem eo clariora redduntur, si ad discriminem inter ius formale &

foli-

g) Arg. L. 79. D. de iudic. L. 78. §. 2. D. de legat. II.

h) Nov. 62. Cap. 10. Auth. post. ius iur. C. de iudic.

i) Corp. Jur. Frid. I. c. §. 8. n. 5.

D

solidum, quae *III.* WEBERUS sedulo distingui iubet, oculos nostros paullulum vertamus. Judicis sententia inter litigantes quidem ius formale producit, inde autem colligi nequit, id, quod per sententiam iudicis ius formale factum est, ius solidum esse & in litis principio ius solidum fuisse. Quae quam ita sint, certe is, qui ante sententiam contra illud egit, quod post latam sententiam ius formale euadit, non peccauit, propterea quod isto tempore ius formale nondum exsilit. Tunc demum, si post latam sententiam contra ius formale agat & vincatur, in expensas condemnari meretur.

Certa igitur ac salua manet ista regula, eum, qui ob dubiam iuris interpretationem vicius est, si bona fide litigauerit, in expensas condemnari non posse. k) Sin vero vicius ex dolo aut culpa lata ad dictam dubiam iuris interpretationem prouocatus sit: iudicis officium est, ut eiusmodi temerarium litigatorem in expensas condemnnet, quam bona fides, verum expensarum compensationis fundatum, desiciat. Quam quidem regulam, ne abusus oriatur, certis limitibus circumscribendam existimo. Fieri enim potest, ut vel ratio ne totius litis, vel ratione cuiusdam modo capituli dubia sit iuris interpretatione. Si prius fuerit: ex causa iam prolatis compensandae sunt expensae; sin vero posterius euenerit, expensas totius causae compensari, plane iniquum foret. Videndum igitur est, vtrum expensae vtriusque cognitionis causa factae, aequales sint; an vero expensae,

factae

k) *Ord. S. Trib. Cell. l. c. §. 1.* *Ord. S. Trib. Vism. II. 30. 2.* *Ord. Cur. Prov. Brem. III. 9. 2.* *Conf. CLAPROTH l. c. MARTINI l. c. n. 139.* HARPPRECHT, in *Instit. l. c. n. 102.* PUFENDORF, *proc. IV. 19. I.* VOET, *l. c.* BRUNNEMANN, *proc. ciu. XXVIII. 73.*

wm. 1003.

factae eius capitatis causa, in quo quis vicit & ratione cuius ambi-
guia sicut iuris interpretatio, exiguae sint, ac facilis negotio designari
queant, expensae vero causae principalis, in qua quis, iusta litigan-
di causa haud instructus, vicitus est, illas longe superent? Quod ad
illud attinet, omnes expensae compensandae sunt; quod vero ad hoc
attinet, expensae haud compensandae sunt, sed earum refusio iusta
proportione a judice determinanda est. 1)

§. XIII.

Cuius probandas causas a) responsa et b) praeiudicia iuris proferuntur.

Ad probandas ambiguam iuris interpretationem & iustam litigan-
di causam saepenumero doctorum opiniones allegari & responsa ac prae-
iudicia iuris proferri solent. Ideo disquirendum est, an haec expen-
sarum compensationem producant. Quod ad responsa & opiniones
doctorum attinet, negari quidem haud potest, multos esse, qui expen-
sarum compensationem inde deducere ausi sint; n) sed iure merito-
que Ill. WEBERUS (§. X.) hancce sententiam refutauit. Cuius quidem
sententiae assentio, solisque doctorum opinionibus & responsis nullam
expensas compensandi causam inesse censeo, n) quoad neque bona
litigantis fidei, neque cessantis doli aut culpaे latae testimonium prae-
bere possint. Etenim sola doctorum auctoritas norma decidendi esse
nequit, quum doctores non sint leges ac modo inquirendum, quate-

D 2

nus

1) *Corp. Jur. Frid. I. c.*

m) BRUNNEMANN, *proc. ciu. XXVII.* 78. EICHMANN'S *Erklärung des
bürg. Rechts* I. 34. HOFFMANN'S *deutsche Reichspraxis* §. 797. LAU-
TERBACH, *cit. th.* 44. REINHARTH *cit. §. 30.* LEYSER *sp. 88.* MEY. III,
316. BOEHMERI *conf. et decis. T. III. P. II. n. 218.* II. *fqq. MENCKEN.*
I. c. §. 14. n) CLAPROTH, *cit. §. 203.* RUFENDORF, *I. c. §. 18.*



nus ipsorum opiniones legibus positius respondeant. Si legibus repugnant, nulla iis inesse potest expensas compensandi cauſa, quod alioquin vix umquam quis in expensas condemnabitur, quem nullam absurdam inueniatur sententia, quae non ab aliquo doctorē defensa fuerit, o) nec quidquam tam inepta singi & excoſitari posſit, cui non probabilis species indui queat. Nec non eadem valent, si quis responsum doctoris, singulari quadam opinione a foro iam diu reprobata aut argumentis haud ſufficientibus fundatam producat. Deinde expenſarum compensatiō ob reſponſa iuriſ pro viſto prolatā eo minime commendanda eſt, quod, a litigantibus eiusmodi reſponſa ſaepenūero ob facta narrata impetrari, quotidiana docet experientia. p) Si igitur ſolum reſponſum iuriſ expenſarum compensationem efficere poſſit: certe viſtuſ doli ac malitiaſ praeſium ſaepius reportaturus eſt. Denique iuſicias quidem ire nequeo, interdum prolatō doctoris reſponſo ob ambiguum, de quo fermo eſt, iuriſ interpretationem iuare meritoque compensandas eſſe expensas; ſed tunc ambigua iuriſ interpretationi, nec iuriſ reſponſum expenſarum compensandarum cauſa censenda eſt. Ex quibus omnibus fatis ſuperque conſtat, doctorum opinione ac reſponſa, niſi aliae iuſtae litigandi cauſae viſtum intui- tu temerarii litigii defendant, expenſarum compensationem producere haud poſſe. Atque cum hiſ non imperii ſolum Germanici leges, ve- rum etiam particulares prouinciarum conſtitutiones ita conueniunt, ut per illas consilia & reſponſa in referendo & votando omni vi deſtitutiſ ſint; q) per haſ vero nominatiū cautum ſit, ne reſponſa ordinis

o) MARTINI l. c. n. 94.
LEXSER fp. 88. med. I.

p) SEYFARTHIS deutſch. Reichspr. XXXIII. 3.
q) R. I. N. §. 96.

iuris consultorum aut opiniones doctorum, nisi aliae iusti litigii causae concurrant, victum ab expensarum refusione liberent. r)

Reslat adhuc, ut breviter ostendam: An *praeiudicia iuris*, quas *victus pro se allegat*, ipsum ab expensarum refusione liberare queant. Quod quidem nego. Quamquam eiusmodi *praeiudicia iuris* magni aestimanda sint, nec non leges Romanorum rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritati vim rei iudicatae tribuant, s)^y & leges Germanici imperii *praeiudiciorum* respectum haberi, aequum ac bonum ceterant; t)^y illarum tamen auctoritas certis circumscripta est limitibus. Laudata iuris romani lex eo tantum spectat, ut si intuitu cuiusdam materiae prudentes inter se dissentiant, ex iuris *praeiudicis* sententia feratur. Judicibus enim isto tempore semper ferenda erant sententiae ex prudentum responsis, u) rerum igitur iudicatarum auctoritas tunc ab iureconsultorum auctoritate pependi, eatique ob caussam necessario haec legis vi gauisa est. Quae quidem auctoritas nostra aetate etanuit legibusque nostris plane explosa est. Haud exiguum quidam auctoritatem iuris *praeiudicia* nostris temporibus nobis praebent, simulatque intuitu *praeiudicis* & caussae propositae eadem facta concurrant eadem-
ue iuris principia applicanda sunt, sed *praeiudicis* iuris, per se spectatis, nulla compensationis expensarum caussa inest. Etenim quum ob diuersas caussarum conditiones nimis lubrica sit caussarum diiudicatio ex similibus sententiatis deducta: certe haud alia vi gaudent, ac respon-

D 3

la

r) *Ord. S. Trib. Cell. l. c. §. 2.* *Ord. S. Trib. Vismar. l. c. §. 3.* *Ord. Sa-*
xo-Goth. l. 40. 3. *Ord. Cur. Prosv. Brem. l. c. §. 2.*

s) *E. 38. D. de LL.*

t) *R. J. N. §. 136.* *Ord. Cam. Imp. I. 16. 5.* *Conf. CRAMERS Wezl. No-*
benfunden LXXVI. 6. u) *GELLIUS Noct. Att. XII. 13.*

sa iurisconsultorum. Sive diuersa sint facta, sive diuersa iuris principia adPLICANDA, praeiudicia iuris neque norma decidendi, neque expensarum compensationis causa esse possunt. Praeterea omnes iudices, immo sapientissimi, semper manent homines variis erroribus obnoxii, eamque ob causam saepe numero sententiam legibus contrariam ferre solent. Quum vero id, quod ratione non introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtineat: x) sanctum est, ne quis iudicium a veritate & legum iustitiaeque vestigiis recederet. y) Quotiescumque igitur praeiudicium iuris causae propositae adPLICARI nequit, illud intuitu vidi expensarum compensationis causam non potest efficere, obtinent potius ratione expensarum refusionis & compensationis eadem, quas in antecedentibus proposui, regulae. z)

§. XIV.

III) Sententia pro victo 1) ob vicitoriam pro parte obtentam lata.

Progedior denique ad tertiam expensarum refusionis & compensationis causam, nimirum iudicis sententiam. Cuius intuitu duplex quaestio decidenda oritur, quarum altera eo spectat: quid ratione expensarum iuris sit, si quis per sententiam iudicis pro parte vicerit, pro parte vicit, altera vero in eo versatur: An sententia iudicis a qua, per iudicem superiorem postea reformata expensarum compensationem producere possit? Primum si ad sententiam iudicis, vi cuius quis pro parte vicit, pro parte vicitus est, respiciamus; profecto eam ob caus-

fam

x) L. 39. D. de LL. y) L. 13. C. de sent. et interloc. Ord. S. Tr. Cell. II. 12. 12. Jusitzreglement §. 16.

z) SEYFARTHs deutſch. Reichspr. I, c. PUFENDORF. proc. III. 22. 16.

sam expensarum compensationem decernere nefas esset, quippe quum fieri possit, ut partim victus ratione articuli, quo victus est, in mala fide versetur, partim expensae vtriusque victoriae causâ factae quoad quantitatatem longe inter se differant. E contrario iniquum foret, eorum a) sententiam sequi, qui pro parte vicium in totius causâ expensas condemnandum censem, quum quoad certos causâ articulos iustam habuerit litigandi causam, nec victus sit. Merito ad fundamenta expensarum refusione & compensatione recurrentum ac sedulo distinguendum est, vtrum victus ratione articuli, quo victus est, vel dolum, vel culpam latam commisserit; an in bona fide versatus sit ac iustas litigandi causas protulerit. Quando ex actis iudicialibus adparet, victus ratione articuli, quo victus est, dolum aut culpam latam commisisse: certe in expensas huius articuli causâ factas condemnandus est. b) Cuius quidem intuitu eo spectandum est, vtrum expensae vtriusque victoriae causâ factae sere aequales sint; an vero expensae articuli litis, pro quo quis temere in iudicio litigauit, multo maiores sint illis, quae ob ipsius victoriâ factae sunt. Si prius; compensatio expensarum locum haberet, c) si vero posterius accidat; haud compensandae sunt expensae, sed quisque in expensas temerarii litigii condemnandus est. d) Interdum vero expensarum, ob vtramque victoriâ factarum, designatio fieri haud potest; & tunc, si haud multum inter se differant, compensandae sunt expensae, si vero multum differant, quantitas expensarum vtrique litigantium praestan-

da

a) LEYSER sp. 88. med. 4.

c) CLAPROTH, cit. §. 203. n. 7.

b) MEV. VIII. 490.

d) Corp. Jur. Frid. I. c. §. 3. n. 2.

da ex iusta proportione a iudice determinanda est. e) Aliter se res habet, quando victus ratione articuli, quo victus est, in bona fide versetur, si iustas litigandi causas protulerit; quo facto ob bonam fidem expensae compensandae sunt. Quae quidem fere omnia cum iis, quae ill. WEBERUS (§. XIV.) protulit, conuenient, quamvis fundamenta refusionis & compensationis expensarum, ex quibus ea deducere studuit, contraria ac in prioribus iam refutata sint.

Quaedam hoc loco de quaestione: quid, si actor re, loco, vel causa plus petat, quam reus debet, intuitu expensarum valeat, differere, a re non alienum videtur. Ratione huius plus petitionis alia sunt iura antiqua, alia hodiernae. Ex iure veteri romano actor, maiorem sumnam, quam sibi debebatur, in libello comprehendens causam cedebat, non ipso iure, sed magis ope exceptionis. Etenim quem actor non probasset id, quod in petitionem deductum erat, absolutior sententia erat ferenda, vi cuius reus, perpetuam rei iudicatae exceptionem nachus, repellere potuit actorem, iterato eadem de re litigantem, f) nisi ipsi iustissimam ob causam restitutio data fuerit. Postea in triplum danni dati actio g) comparabatur contra actorem, re, loco aut causa plus petentem, ab actore autem expensae litis temeremotae erant restituendae. Quae quidem plus petitionis poenae in foris nostris haud vigent. E contrario hodiernis moribus, si actor plus petit, & reus verum debitum statim in primo termino aut ante litis

CON-

e) CARPOV, proc. l. c. §. 3. CLAPROTHI, l. c. MARTINI l. c. n. 83. ANTON.

FABER, in cod. ad tit. de fructu et lit. exp. def. 27.

f) §. 3. §. de except. §. 33. §. de att. Cap. unicus in fine X. de plus petit.

g) §. 24. §. de att.

contestationem agnoscat, modo plus petitum negat, expensae compensantur, h) licet ex ordinatione processus Saxo-Gothana actor in expensas condemnandus sit, quam sententiam *Ill. WEBERV*s defendit. Quo quidem vero debito oblato, ab aduersario haud acceptato, si index finita caussae cognitione reum non ultra oblatu condemnauerit; actor, qui ex dolo aut culpa lata litigare perrexit & vicius est, dignus habetur, qui quasi temerarius litigator in expensas posterioris temporis, quo in mala fide fuit, damnetur. i) Ex quibusdam vero processuum ordinationibus actor in expensas totius caussae damnandus, immo arbitrarie puniendus est. k) Sin vero reus totum, immo verum debitum, quod ex sententia iudicis debetur, negat & vincitur: ob malam fidem in totius caussae expensas condemnandus, nec non arbitraria poena adsciriendus est. l) Jure vero Fridericiano, si actoris plus petitio exigui fuerit momenti litigique expensae praesertim ex negato vere debito ortae sint, quilibet pro rata victoriae ab expensis absoluendus est.

§. XV.

2) a iudice superiori reformata.

Supereft altera quaeflio decidenda: An sententia iudicis inferiores a iudice superiori reformata tantum valeat, vt ob eam expensae primae instantiae compensandae sint? Permulti sunt, qui hoc indi- fincte adfirment, m) eo praecipue argumento duchi, quod praeſum-

tionem

h) *Corp. Jur. Frid. I. c. §. 3. n. 1.*

i) *Corp. Jur. Frid. I. c. Conf. MARTINI c. n. 30. VOET. in Dig. V. I. 25.*

k) *Ord. Elef. Sax. I. 8. Ord. Saxo-Goth. I. 15. 15.*

l) *Ord. Elef. Sax. I. c. Ord. Saxo-Goth. I. c.*

m) *CARPZOV proc. I. c. §. 13. MARTINI I. c. n. 114. 118. 120. sqq. LAU-*

TERBACH cit. th. 20. BRUCKNER cit. §. 16. MYNSINGER I. 22. GAIL I.

152, 5; 110, 6. VOET. XLII. I. 22.

tionem pro prima instantia adpellatum regulariter merito litigandi temeritate, ideoque etiam ab expensarum refusione excusare putant. Nec defunct processuum ordinationes, quae illum, qui in prima instantia victoriam reportauit, in secunda autem instantia causa cecidit, expensarum compensatione haud indignum censeant. n) Sed nisi aliae causae expensarum compensationem suadeant, equideum intelligere nequeo, quo modo sententia reformata per se expensarum compensationem efficiat, nisi bonae litigantis fidei testimonium contineat. Eamdem sententiam III. WEBERUS (§. XI. 2.) refutauit. Quin vero ipsius opinio partim haud iustis rationibus, partim etiam iustae expensarum compensationis fines nimis angustis ab ipso circumscribantur limitibus, suorum ipsius verborum mentionem fieri a re haud alienum videtur.

„Ob interpositum, inquit, iuris remedium & reformationem faciat, sententia iudicis a qua omni vi destituta est, nec viculum ab obligatione ad expensarum refusione, vi legum ipsi iniuncta, liberare valet. Vi posterioris sententiae vicitus per temerarium litigium sententiae iniquae damnoque, quod adversario intuitu expensarum litis illuminatum est, occasionem dedit, in expensas igitur condemnari meretur. Etenim sententia iudicis inferioris per reformatam sententiam vi iuris formalis iniqua declarata est; & quamvis damnum inde profectum ex dolo aut ignorantia iudicis ortum sit; prima tamen ac praecipua causa ex litigio adversarii ope sententiae iudicis superioris inani reddito, petenda est. Nisi victo restitutionem damni iniungere velis, qui cumque ob iudicis sententiam, dolo aut blandimentis obrepitam, im-

munis

n) *Cons. Provin. Württemb.* I. 73. *Ord. Saxo-Goth.* I. 40. 2. *Ord. S. Trib. Vismar.* l. c. *Ord. S. Trib. Cell.* II. 13. 1.

1003. 6.

munis ab expensarum refusione redderetur. Eo igitur respiciendum censeo: utrum prior sententia ob falsa aut noua narrata, an ob iuris principia falso applicata reformetur. Si prius, tunc demum compensationi expensarum locus esse potest, si vicitus intuitu factorum in ignorantia omni culpa vacante veretur; sin vero posterius, vicitus indistincte in expensas condemnandus est, quem partim leges iuris principia ignorantem ad restitutionem damni ex eiusmodi ignorantia aut errore proscripti obligent, partim etiam vi iuris formalis vicitus adversario absque iure damnum intollerit, quod restituere teneatur.

Omnia haec argumenta, quorum in praesenti mentionem feci, ex falsis ipsis expensarum refusonis atque compensationis fundamentis deducta & ad propositam quaestionem applicata esse, cuilibet facile intellectu erit. Quum vero in prima huius commentationis sectione illa fundamenta vberius iam refutauerim, si, quae iam dixi, repetere vellem, verendum mihi procul dubio esset, ne lectorum reprehensionem haud immerito subirem. Quare mittam haec argumenta angustum spatum, quo me circumscriptum esse sentio, in iterata eorum refusione nequaquam consumturus. Quaerenti igitur ex me, quamnam iuris principia ad propositam quaestionem applicanda sint, respondendum esse arbitror, bonae ac malae vicii fidei in primis rationem esse habendam.

§. XVI.

Sententia nimurum a iudice inferiori lata per iudicem superiorem variis ex causis, sive ob nouam causae cognitionem, sive ob principia iuris falso applicata, sive ob nullitatem a iudice inferiori com-

E 2 missam

missam vel plane, vel quoad nonnulla tantum capita reformati solet. Sola noua iudicis superioris cognitio indistincte ad expensarum compensationem decernendam haud sufficit, nisi bona fides accedit. Si ob noua facta aut noua probandi media sententia a iudice inferiori lata plane reformatur: intuitu expensarum compensationis eo respiciendum est, utrum litigantium alter in mala fide versetur. Quando adpellantis dolo aut culpa lata factum est, ut noua facta aut probandi media iudicii inferiori occulta manferint, adpellans in expensas secundae instantiae condemnandus est, in expensas vero primae instantiae is condemnatur, quem iudex a qua, si noua ipsi fuissent cognita, in illas condemnasset. o) Nec non eadem valent intuitu adpellati, eius dolo haec noua occulta manferunt. p) Quando vero ex actis judicialibus patet, adpellanti intuitu nouorum neque dolum, neque culpam latam imputari posse, expensas primae ac secundae instantiae compensandae sunt, q) quod bona litigantis fides praesumi potest. Quando denique accidit, ut noua iudicis superioris cognitione ab adpellante haud petita, noua facta aut probandi media ab adpellato ad defendendam iudicis inferioris sententiam proferantur, ac iudex superior sententiam quidem confirmet; attamen eam, nisi noua accessisset cognitio, in favorem adpellantis reformandam fuisse intelligat; expensas adpellationis compensandae, aut si adpellati dulos adpareat, ab hoc restituendae sunt. Quoad expensas vero primae instantiae regulæ supra laudatae obtinent. r)

alii

o) Corp. Jur. Frid. I. c. §. 6.

LAUTERBACH cit. th. 40.

p) Corp. Jur. Frid. I. c. §. 7. Conf.

r) Corp. Jur. Frid. I. c. §. 8.

q) Corp. Jur. Frid. I. c. §. 6.

Alia reformandas sententiae causa principiis iuris proposito facto applicandis nititur. Nam sententia a iudice inferiori lata vel ob clara iuris principia, quibus repugnat, reformanda est, vel ob dubiam iuris, de quo sermo est, interpretationem iudicii superiori reformanda videtur. Si prius, adpellatus in omnes expensas condemnandus est, quippe quod ius certum & indubitatum ignorat & in dolo & culpa lata versatur; s) sin vero posterius, compensandae sunt expensae utriusque instantiae, quoniam de bona fide utriusque litigantis dubitari nequit. t) Denique ultima reformandas sententiae causa in nullitate a iudice inferiori commissa consistit. Quae si per rescripta, decreta aut sententiam doceatur, fane extra omnem dubitationem positum est, iudicem ipsum, qui illegitimis actionibus officio suo abusus est, in primae instantiae expensas condemnandum esse; ac si forsitan expensae judiciales a litigantibus iam praestitae sint, ad eas restituendas obligatum esse. Quando vero de adpellationis expensis quaesito oritur, easdem regulas, quae intuitu expensarum primae instantiae obtinent, obseruere necesse est. u) Restat adhuc quaesito: An ob iudicis inferioris sententiam a iudice superiori ob nonnulla tantum capita reformatam expensarum compensationi locus sit? Quoad hanc quaestionem iterum eo spectandum puto: an quorundam sententiae articulorum reformatio ob nonam iudicis cognitionem facta sit, nec ne? Si prius, eadem regulae locum habent, quae ratione sententiae plane reformatae applicandae sunt; sin vero posterius, expensae primae

E 3

ac

s) Ord. S. Trib. Cell. II. 13. I. Conf. MARTINI l. c. n. 116. sq. LAUTERBACH. cit. th. 20. et 22. t) Ord. S. Trib. Cell. l. c.
u) Corp. Jur. Frid. l. c. §. 5. Ord. Saxo-Goth. I. 40. 3.

ac secundae instantiae erunt compensandae, quoniam quilibet pro parte victoriam reportauit. x) Jure vero Fridericiano ob diuersos caussae articulos pro rata victoriae litigantium quilibet ab expensis liberandus est.

SECTIO III.

De spuriis compensationis expensarum caussis.

§. XVII.

Quum itaque satis de veris refusionis & compensationis expensarum caussis dixisse videar; restat adhuc, ut spuriarum quarundam expensas compensandi caussarum paucis mentionem faciam. Multi sunt, qui 1) auctoritatem & dignitatem vieti ob praeunctionem bonaee fidei justam expensas compensandi caussam esse putent. Huc referunt principem y) magistratum z) & jurisdictionis dominum; a) fiscum; b) & fiscalem accusatorem c) aduersas subditos agentes; ecclesiam & episcopum; parochumque cum paroecianis litigantem; d) & denique virum probitate insignem suumve honorem defendentem. e) Attamen ut de pluribus rationibus taceam, quae obstant atque impediunt, quo minus hanc amplectar sententiam, una haec maximum omnino pondus habere mihi quidem videtur, quod exploratum satis est, leges positivæ omnes memoratas bonaee fidei præsumptiones & expensarum compensationis caussas plane nescire. Dignitatem &

dolum

- 1) Ord. S. Trib. Cell. l. c. y) CARPZOV. cit. XXIV. I. 13.
- 2) MARTINI l. c. n. 111 et 127. MEY. VI. 345. MENCKEN. l. c. §. 14.
- 3) SEYFARTHIS D. Reichspr. XXXIII. 3. MENCKEN. l. c.
- 4) LYNCKER. Dec. 309. HUBER. in Instit. ad L. IV. T. 16.
- 5) HÜLSE cit. thes. 19. VOET. cit. L. XLII. I. 22. d) HUBER. l. cit.
- 6) CARPZ. l. c. §. 12-13. MENOCH. de arbitrar. iud. quaest. Cent. II. Cas. 177. n. 14. BODINUS l. c. th. 20. SEYFARTH. D. R. l. c.

dolum aut culpam latam in uno eodemque subiecto coniuncta cogitari posse, luculentissima veterum scriptorum testimonia aequa ac quotidiana experientia satis superque comprobant. Ac si interdum concedatur, virum, auctoritate, dignitate aut virtute prae aliis eminentem ne vilium vixquam dolose in iudicium vocasse: inde tamen nullo pacto sequitur, actorem vietum ob dignitatem culpa lata carere. Nonne vero culpa lata aequa ac dolus aestimanda & expensarum refusonis fundamentum habenda est? Deinde si principi, magistratu, fisco & fisci adiutori, absque iusta causa cum subditis litigantibus expensarum refusio iniungi nequeat: maximum inde ad rem publicam redundare incommodum, neminem forte in dubium vocaturum esse arbitror. Nonne fieri potest, ut adiutori fisci officio sibi mandato abutatur, ut dolo, calumnia aut culpa lata subditos, quibus forsan infestus est, temere in iudicium vocet, simul atque refusioni expensarum quasi privilegiatus effugere potest? Quam quidem ob causam officium solummodo ex iuris romani principiis actorem vietum a litigii temeritate haud excusavit. f) Nec alia iuribus hodiernis valent. Nisi bona vi*ti* fides ex actis adpareat, magistratus & iurisdictionis dominus g) fiscus & fiscalis adiutor aduersus subditos agentes, h) nec non ecclesia, episcopus & parochus cum paroecianis litigantes, i) immo vir probitate alioquin insignis, k) si vi*ti* fuerint, in expensas condemnandi sunt.

§. XVIII.

- f) L. 6. D. de administr. tut. g) Ord. Elef. Sax. XXXVI. 5. Ord.
Saxo-Goth. I. 40. 3. h) Mecklenburg. Landes grundgesetzlicher
Erbvergleich 1778 p 990 §.4 Conf. LEYSER LVI. 7. LXXXVIII. 8.
PUFENDORF obs 282. MARTINI l.c. n. 54. sqq. BLUMENproc. cam. VII. 11. 10.
i) BERGERI oec. iur. IV. 22. 36. Ord. Elef. Sax. l.c. Ord. Saxon-Goth. l.c.
k) LAUTERBACH, cit. §.33. REINHARTH, cit. 461. R. 3. A. 1. 1003. 2.

§. XVIII. al. quatuor modis ius nubis

Alii ob praesumtum amorem praesumtamque bonam fidem II) pro-
pinquum sanguinis & adfinitatis vineulum, quod victori cum victo in-
tercedit, iustam expensas compensandi caussam esse arbitrantur, si mo-
do manifesta victi calunnia ac dolus haud elucescat. I) Sed quid iuuat
iusti litigii praesumtio legibus nostris haud superstruclat? Quum praec-
terea saepenumero acerbissimum odium inter parentes & liberos, fra-
tres aliosque sanguinitate aut adfinitate sibi iunctos reperiatur; equidem
intelligere nequeo, quanam ex ratione consanguinei & adfines, si in
iudicio victi fuerint, maiori fauore, quam alii, digni habendi sint. Non-
ne cognati & adfines eo diutius in lite perseuerabunt, quo certius sciunt,
se ob illud vinculum ab expensarum refusione liberari? Nonne daesa
pietas seueriori poena coercenda est? Insuper ne ullam quidem proce-
fus ordinationem cognitam habeo, quae praesumtam islam iusti litigii
caussam intuitu cognatorum & adfinium inter se litigantium confirmet;
e contrario nonnullae particulares prouinciarum leges eam expresse
reprobant. m) Quare regulis generalibus intuitu expensarum refusio-
nis & compensationis merito standum est. n) Alii III) ob victi pa-
upertatem condemnationem in expensas exsulare contendunt; o) sed
summo iure haec sententia iam diu refutata est, p) quod paupertas
non impedit, quo minus quis mala fide alterum vocare possit in iu-
dicium

- I) CARPOV. l. c. n. 65. CANNIGESIER decis. S. trib. Cassell II. 227. 7. CLAP-
ROTH. cit. §. 203. n. 6. MENCKEN l. c. §. 14. n. 13. MARTINI l. c. n. 137.
m) Ord. Elef. Sax. l. c. Ord. Saxo-Goth. l. c.
n) REINHARTH. cit. §. 42. BERGERIOPC iur. l. c. LEYSER. LXXXVIII. 4.
BERGERIOPP. ad E.D.F. I. 36 p. 314. SENFARTH D. Reichspr. l. c.
o) BODINUS de exp. th. 16. p) LEYSER. LXXXVIII. 9. CLAPROTH. l. c.
MARTINI l. c. n. 184.

dicium. Quando igitur iudex pauperem calumniantem aut mala fide litigantem deprehenderit: ipsum in expensas condemnnet, aut si tantum in aere non habeat, in carcerem coniiciat. q) Alii IV) ob iuramentum calumniae generale & speciale praeslitum expensas compensandas esse putant, r) quod per eiusmodi iuramentum, litem malitiose haud susceperint esse, satis probatum sit. Quum vero ex prioribus satis pateat, malitiam non solum, verum etiam culpani latam impedire, quo minus expensae compensentur; iuramentum calumniae autem dolum modo, nec culpae latae suspicionem remoueat: omnino inde sequitur, illud expensarum compensationis caussam habendum non esse. Atque cum his Germaniae prouinciarum leges conueniunt. s) Denique alii V) in dubio, si neque de dolo aut culpa late, neque de bona vici fide manifesto adpareat, expensarum compensationi locum esse adfirmant. Quam quidem opinionem in plerisque Germaniae foris observari inficias ire nequeo. Si vero ad leges imperii Germanici t) & particulares prouinciarum leges u) respicimus: hae nominatim eo tendunt, ne expensae ex rationibus haud sufficientibus compensentur. Si igitur de bona vici fide dubitari potest, evitanda est iudicii expensarum compensatio, ne ob nimiam erga viatos indulgentiam temerari litigatores in iudicium quasi initiatu videantur. x) Plures spurius

F

ex-

Q) Ord. Cam. imp. I. 41. 3. Corp. Jur. Frid. I. c. §. 32. fqq. Recess. deput. Spir. de anno 1600. §. 9. Ord. Cur. prov. Lipf. Ord. Cur. prov. Jenens. rel. r) CAREZ. I. c. §. 9. s) Ord. S. Tr. Cell. II. 13. 2. Ord. S. Trib. Vilsm. II. 39. 3. Conf. CLAPROTAL. c.

t) R. V. de anno 1703. §. 82. Concept. Ord. Cam. Imp. III. 50. 9.

u) Ord. Cancell. Calenb. XXXIV. I. Ord. Saxo-Goth. I. 40. I. Jus prov. Würtemb. I. 54. Ord. S. Trib. Vilmar. II. 39. I et 3. Ord. iud. aut. Pomer. I. 31. 3. Ord. prot. Magd. XLV. I. Statuta Hamburg.

x) CLAPROTAL. 4.



expensarum compensandarum caussas in medium proferre inque eo
potissimum laborem meum collocare possem, ut easdem legibus re-
pugnare, ostenderem. Quod quidem, quantum in me est, libertissime
facerem nisi angusti huius commentationis limites id me iam conari
prohiberent. Quae quum ita sint, reliqua tacitus in praesenti pree-
tero Vobisque, LECTORES, harum rerum haud mediocriter peritis
relinquenda esse censeo.

Theses.

I.

Successio testamentaria est iuris naturalis.

II.

Falsoquinum haud plane est prohibitum.

III.

Is, qui ex juris errore soluit, solutum tamquam indebitum repetere nequit.

IV.

Leges ad praeterita applicari nequeant.

V.

*Pignore tacito, quod pupillis in tutorum bonis competit, heredes eorum
minime gaudent.*

Göttingen, Diss., 1790-91

ULB Halle
004 826 981

3



f

TA → OL
nur 1 Sh. d. v.



DE

1790,2 2

LITIVM EXPENSIS QVOAD CAVSSAS CIVILES

COMMENTATIO

108

QVAM
CONSENTIENTE
ILLVSTRI JVRISCONSULTORVM ORDINE

AD
SVMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES

D. XXIX. APRILIS MDCCXC.

RITE CAPESSENDOS

ERVDITORVM DISQVISITIONI

OFFERT

JACOBVS FRIDERICVS GEORGIVS
EMMRICH
MEININGENSIS.

GOETTINGAE,
TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR.